

non prescribendum; tempestivè etiam quodlibet expe- A
diendum: Coh. III, 1. seqq.

(7) Sicut brutorum alia sunt alimenta autumnalia,
alia hyberna; ita hominum quoque alimenta secundum
anni tempora ac menses variant mirè.

USUS E VERSU XVI.

(1) Quicquid cibi potusve manu tua immittis ori,
cogita, manum Dei hoc tibi porrigere; adeoque sobriè
& cum gratiarum actione utere. v. preces mensal.

(2) Ad exemplum Patris cœlestis aperienda etiam
manus nostra erga egenos: Matth. V, 45.

(3) Ad satietatem necessariam, non ad ingluviem
edendum ac bibendum.

(4) Deliciandum semper in Deo suppeditante.

(5) Appetitui satisfis nostro, quando Dei adest bene-
dictio, & apud nos cor fidele; sicut in manna hoc de-
prebendebatur. Num. XI, 8. Exod. XVI, 31. Sap.
XVI, 20. Hagg. I, 6. seqq.

USUS E VERSU XVII.

(1) De Justitia Dei, qua nunquam degenerat in
profopolepsiam, crudelitatem aut tyrannidem, in L.
de Deo.

(2) De Dei benignitate ibid.

(3) Vix atque Opera Dei sunt innumera: in iis ta- B
men omnibus ac singulis luculenta justitiæ ac benignita-
tis extant vestigia.

USUS E VERSU XVIII.

(1) Propinquus est Deus creaturis suis universis per
essentiam: Jerem. 23, 24. Actor. XVII, 28. Psalm.
CXXXIX, 1. seqq.

(2) Alia tamen propinquitas gratiosa, ad audi-
endum & opitulandum promta. Psalm. xxxvii, 24.

PSALMI CXLVI. DISPOSITIO.

Opera DEI magnifica. Fidas non principi, sed DEO.

E St hic I. ardens ad laudem Dei excita-
tio (1) laudate Deum: (2) lauda, ô anima
mea: v. 1. (3) laudabo per vitam meam:
(4) psallam, quoadusque ero: v. 2.

II. Fiduciæ veræ inculcatio: ubi (1) de-
hortatio à fiducia in principibus filiisque homi-
num; ratio: (a) nulla ipsis adest salus: vers. 3.
(b) moriente homine expirant simul omnia
ipsius cogitata vers. 4. (2) adhortatio ad fidu- C
ciam in Domino: v. 5. ratio: (a) fecit cœlum,
terram, mare cum omnibus inibi comprehensis:
(b) fidem servat in æternum: v. 6. (c) judi-
cium præbet suppressis: (d) esurientibus dat ci-
bum: (e) solvit vinctos: v. 7. (f) cæcos resti-
tuit: (g) incurvatos erigit: (h) justos diligit,
v. 8. (i) peregrinos custodit: (k) pupillum &
viduam sublevat: (l) impiorum viam evertit:
v. 9. (m) regnat in æternum: v. 10.

PSALMUS CXLVI.

EXPLICATIO VERSUS I.

הללויה *Laudate Deum:*) vide *Psal.* CVI, 1.
ubi idem, quale hîc, initium vel inscriptio: item
Psal. CXI. CXII. CXIII. CXXXV. Refert hocce
canticum *Kimchi* ad reditum à captivitate, visum
in spiritu à Davide. Sic *Græci* de cantico *Hag-*
gæi & *Zachariæ* post captivitatem. ita & *Syrus*,
Vulg. us, *Arabi*, *Æthiopicus*. verum meræ hæ sunt
conjecturæ.

הללי *lauda:*) seipsum, & quod in se erat
nobilissimum, animam puta, compellat *Psaltes*,
cum aliàs per naturam depravatam ad hoc offi-
cium nimis finis torpidi ac segnes: vide *Psal.*
CIII, 1. *Lauda* publice & privatim: *Kimchi*.

EXPLICATIO VERSUS II.

הללתי *laudabo:*) exhortationi præmissæ

(3) De Invocatione congrua v. præc. II.

(4) Hypocrita nec invocant, nec virtuti student in
veritate, verùm in speciem. Veritas autem hæc exclu-
dit superstitionem, errores religionis, impatientiam, fa-
stium, impenitentiam, implacabilitatem, &c.

USUS E VERSU XIX.

(1) Si vis, ut Deus faciat voluntatem tuam, fac
tu quoque voluntatem Dei.

(2) Obtemperat Deus quandoque voluntati hominis:
Jos. X, 14. *Matth.* XVIII, 19. *Marc.* XI, 24. *Joh.*
XV, 26.

[3] Verùm Timētis vel verè colentis ipsum. vid.
Præc. I.

(4) Vociferatio præsupponit angustiam & pericu-
lum: nemo igitur, talibus adversis ingruentibus, *צוּתוֹ*
צוּתוֹ. 1. *Petr.* IV, 12.

(5) Precationem excipii Salvatio, non pro nostro, sed
Dei arbitrio, ac sapientia: 1. *Joh.* V, 14. *Matth.* VI, 10.

USUS E VERSU XX.

(1) Custodia Dei est accurata, plenaria, indefessa,
potentissima: *Psal.* CXXI, 4.

(2) Si vis defendi, ama Deum sincerè: *Deut.* X, 12.
v. præc. I.

(3) Impiorum, si resipiscere nolint, excisio est infal-
libilis, horrenda, justa, nunquam finienda: *Sirac.* V, 7.

USUS E VERSU XXI.

(1) De laude ac benedictione Dei præc. II.

(2) Omnis caro, vel quicquid modò ad Adami per-
tinet progeniem, obligatur ad Dei celebrationem.

(3) De sanctitate divini nominis, in L. de Deo.

(4) Æterna beatorum occupatio versabitur circa
Dei laudes: *Apoc.* IV, 8. seqq.

(*lauda*) subjungit jam promissum (*laudabo*;) ad-
eoque velut voti loco hoc pollicetur David, ne
torpescat fortè, ceu fieri solet, nudò cordis pro-
positò circa rem aliquam expediendam factò. Si-
mile promissum vide *Psal.* LVI, 5. LXIX, 31. CXLV, 2.

כחי *per vitam meam:*) puta universam,
vel quoad vivus fuero. Ejus loco *Psal.* CXLV, 2.
dicitur: לעולם וצד Hinc *Campensis*: totus ego
laudabo Dominum per omnem meam vitam.

בעורי *quoad vixero:*) *Campensis*. id namq;
est, dum adhuc ego, videlicet extitero, vel, in ad-
huc me (existere.) Similis structura vocula: עור
usque, cum præfixo *Amos.* IV, 7. בעיר *dum adhuc*
tres menses, *Gen.* XL, 13. בעיר *cum adhuc triduum*
&c. parallelus huic nostro est locus *Psal.* CIV, 32.
cantabo Deo per vitam meam, psallam Deo meo
בעורי *dum adhuc ego.*

EXPLI-